



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Officia Propria Ecclesiae Et Dioecesis Paderbornensis**

**Asseburg, Wilhelm Anton von der  
Paderbornae, 1764**

Die September.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62764](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62764)



*Die XXII. Septembris.*

SS. MAURITII & SOC. MM.

*Duplex Diœces.*

*Omnia de communi plurimorum  
Mart. præter propria.*

*Oratio.*

**A**nnue, quæsumus, omnipotens  
Deus, ut Sanctorum Martyrum  
tuorum Mauritii & Sociorum ejus  
nos lætificet festiva solemnitas: ut  
quorum suffragiis nitimur, eorum  
natalitiis gloriemur. Per Dominum.

*Lectioes I. Nocturni, de Scriptura.*

IN II. NOCTURNO.

*Lectio IV.*

**M**auritius insignis Christi miles,  
Theobanæ legionis primiceri-  
us, cum Maximiano Augusto, Dio-  
cletiani in Imperio collega, in Gallias  
proficiscitur ad sedandas seditiones,  
quas rusticani Amando & Æliano  
ducibus excitaverunt. Quod ut pro-  
sperè cederet, jubet Imperator ad  
Agaunum consistens in finibus Sedu-  
P. Autumn. O norum,



norum, omnes milites sacrificiis &  
 victimis immolandis interesse, quibus  
 deos sibi & exercitui propitios mere-  
 retur. Edictum Imperatoris rescien-  
 tes prædictæ legionis milites, quos  
 omnes Marcellinus Papa Româ tran-  
 seuntes, sacro fonte tinxerat, se in-  
 vicem ad fidei constantiam cohort-  
 antur, sibi proponentes firmiter po-  
 tiùs proprium sanguinem fundere,  
 quàm victimarum sanguinem dæ-  
 monibus, eorum sacrificiis coin-  
 quinari. *Re. Sancti tui.*

*Lectio V.*

**H**is acceptis Maximianus Impera-  
 tor irâ excandescens, quosdam  
 ad Mauritium & Socios præmittit fa-  
 tellites, qui suo nomine nuntiarent,  
 ut si salvi esse vellent, in castra redi-  
 rent, & sacrificiorum, quæ ipse Jovi  
 & Marti paraverat, fierent partici-  
 pes. Unanimi consensu & voce re-  
 sponderunt Christi confessores, ad  
 bello:



bellorum usum paratam esse legionis virtutem; ad committenda verò sacrilegia, sicut Cæsar præceperat, se religione Christianâ, quæ unum & verum Deum agnosceret, impediri. Quorum responsum indignè ferens Maximianus, majori iracundiâ, quàm antea exarsit. *R.* Verbera carnificum.

*Lectio VI,*

**I**taque immissâ parte exercitûs in Thebæos, decimum quemque eorum primùm occidi iussit, quo cæteris terrorem incuteret. Eam ignominiam constanti animo, hortante Mauritio, ferre maluerunt, quàm nefandis sacrificiis contaminari. Post alteram decimationem nihil se proficere videns Imperator; omnes constantissimè Christum prædicantes ab universo exercitu trucidari imperat. Quod martyrium mirâ patientiâ subierunt gloriosi Christi milites decimo Kalendas Octobris, anno salu-



tis ducentesimo nonagesimo septimo. Victor autem veteranus illuc fortè transiens, cùm invitatus nollet cum persecutoribus sociari, qui de cæforum spoliis epulabantur, & dolens quòd in illâ legione militare non meruisset: Christianum clarâ voce se esse confessus, à persecutoribus obtruncatur: Cæterisque Martyribus sicut morte, ita honore conjunctus est. *R.* Tamquam aurum.

IN III. NOCTURNO.

*Homilia in Evang. Cum audieritis. de communi.*

*Die V. Octobris.*

S. MEINOLPHI CONFESSOR.

*Duplex Diæces.*

*Omnia de communi Confessoris non Pontif. præter sequentia.*

*Oratio.*

**D**eus, qui nos annuâ S. Meinolphi Confessoris tui solemnitate lætificas; concede propitius: ut cujus natalitia colimus, per ejus  
ad